



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio XLIX. De Criminaliter accusata, & receptionem testium petente
ante litis contestationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

fuisse in presenti, si Ludovicus, postquam protestatus est de lite non contestanda, postea nihilominus debite respondiisset; tunc enim factum derogasset verbis, & factum fuisset protestationi contrarium. Gilhauf. *lo. cit.* cum Gail &c. Ad IV. Omittitur rursus totum; quia in privilegio Clericali se non fundat Ludovicus. Ad V. Si Judex probabiliter actionem competere Wilhelmo judicet, omnino, cum Ludovicus in hac causa reali in hoc loco non sit exemptus à foro Laicali, ipsum cogere potest ad litem contestandam, ne Jus suum probabile reddatur frustratorium; negatur autem,

quòd defacto Ludovicus litem contestatus; eò quòd interponere protestationem declaraverit animam litigandi sibi non esse. Si igitur Judex jubeat, putans, probabiliter competere actionem Wilhelmo, ut Ludovicus contestetur litem, & debite respondeat absque adjecta protestatione, tenetur Ludovicus eidem parere, & absolute litem contestari. *l. 21. pr. ff. de Noxal. l. 8. C. quando. Quando. c. 2. de lit. contest. in 6. M. concl. cit.* ubi subjungit, in necessitate & ubi Judex imperat litem contestandam, hanc non impediri per protestationem,

TITULUS VI.

Ut Lite non contestata non procedatur ad receptionem, vel ad sententiam definitivam.

DECISIO XLIX.

De criminaliter accusata, & receptionem testium prestante ante Litis contestationem.

SPECIES FACTI.

Sufanna pauper vidua, in ædibus honesti civis diu morata, & communiter habita pro famina bonæ vitæ, nihilominus tamen criminaliter delata est ad Judicem ab ædituo Ec-

clesiæ S. Jacobi Monasterii Mendicantium, quòd in festo S. Joannis Baptistæ ex dicta Ecclesia ab altari abstrulerit duo candelabra argentea. In carcerem vel potius custodiam

regia petiit à Judice loci, ut sibi non interpositâ morâ liceat producere testes innocentiæ suæ civem illum honestum, ejusque conjugem, in quorum actibus per aliquot annos versata, & inde abstracta est, eò quòd illi sciant, se toto illo die, honoribus

S. Joannis Baptistæ consecrato, hæsisse domi ægram in lecto, nec unquam domo pedem extulisse. Judex eam rescire voluit, quòd lis nondum sit contestata, adeoque sibi fas non sit audire & recipere testes, antequam litis contestatio facta sit,

QUÆRITUR.

An Judex bene negaverit Susannæ productionem testium?

Dine negatam esse insinuat I. Rurica hujus Tituli, in qua statuitur hæc Regula: *ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem.* Cui II. ad stipulatur ratio; quæ litis contestatio est initium & fundamentum Judicii. *text. & gl. in c. 27. de Offic. & potest. Judicis deleg.* ergo testes, qui sunt producendi in Judicio, durante, adeoque jam inchoato Processu, & in termino probationis, non possunt produci vel recipi ante litis contestationem. III. Quamvis possint produci testes & recipi ante hanc contestatam in casu periculi, ne non receptis testibus ante hanc contestatam subtrahatur vel pereat copia probationis, ut si testes sint valde senes, valetudinarii, profecturi ad bellum, diu abfuturi &c. & sic periculum sit, ne vel præmorianur, vel rei gesta obliviscantur. Barb. & Gonzal ad c. *fm. b. t. Farinac. in Praxi Criminali. l. 3. tit. 8. q. 76. n. 10. qui n. 83.* Judicis arbitrio permittendum censet, an subit in his vel illis circumstantiis tale periculum; hujusmodi tamen pe-

riculum in præsentî casu nullum apparet, cum testes, quos Susanna intendit producere, non sint senes, non valetudinarii, non profecturi ad bellum &c. ergo. Adde IV. quòd etiam in casu periculi solummodo liceat testes producere ante contestationem litis, quando *civiliter est agendum.* Textus clarus in c. *fm. cit. pr.* adeoque tantum in causis civilibus, vel criminalibus quidem, at civiliter intentatis. Glos. Abbas & alii in d. c. *fm.* Sed hic versatur in causa criminali criminaliter tractanda: ergo.

Verum pro certo habendum, quod Judex fuerit obligatus vel statim procurare litis contestationem; vel, si ex causa absentix vel alia relevante id facere non potuerit, recipere testes, ut petiit Susanna, atque examinare *ad perpetuam rei memoriam,* uti ajunt, & ad futuram defensionem: quod posterius procedit in Reo, tam in causis Criminalibus, quàm in Civilibus, nimirum favore innocentiæ, etsi testes non sint senes & decrepiti, valetudinarii, aut diu abfuturi &c.

adeoque etiam extra casum periculi, ne moriantur testes, vel rei gesta obliviscantur. Probatur partim ex communi sensu DD. cum Farinac. q. 76. cit. n. 123, Gallio l. 1. observ. 92. n. 15. Viviano in c. fin. cit. §. sunt & alii, Nicol. Rodriq. in rubric. hujus tit. q. 1. n. 5. adeoque quoad hoc partes Rei sunt favorabiles, quam Actoris: partim ex eo, quod defensio in Jure sit valde favorabilis, & præstet nocentem absolvi, quam innocentem condemnari. l. 5. ff. de pœnis.

Obmota parùm vel nihil obsunt huic veritati. Primum procedit quidem generaliter, at, sicut omnis regula patitur suas exceptiones, ideo de Reo non procedit, quando testium

productio servit ad futuram defensionem: imò limitatur etiam in Actore si periculum sit, ne ex dilata litis contestatione, & non receptis testimoniis ei pereat copia probandi. Secundum eandem recipit responsonem; cit. præstet Reum defendi, vel cogit veritatis ostendendæ non perire, quod ordinem Judicarium observari rigide. Tertium & Quartum habent quod locum in Actore testes ante litis contestationem producere volente, propter c. fin. h. t. §. l. 37. ff. de Alim. dicitur, quod accusatori non sit adhibendus favor in executionibus penarum: non verò in Reo, præsertim in Criminalibus, ubi de admodum gravi illius præjudicio agitur.



TITULUS VII.

De Juramento Calumniæ.

DECISIO L.

De criminaliter accusato super crimine peculati
& aliis, recusante juramentum calumniæ.

SPECIES FACTI.

Corvinus plebeio de stemmate, solerti tamen & callidò dotatus ingenio, tanta dexteritate, qua pollebat in sermone & opere, devincire sibi novit Magnatum quempiam in

sublimi fastigio positum, & ex aliàs dotibus conspicuum, ut persum ferè solum non modò momenti negotia conficerentur, etiam pleraque officia & gratia